

te montes laudem. quia consolatus est dominus populum suum. et
pauperum suorum miserebitur. Et dixit syon. Derelictus me
dominus. et dominus oblitus est mei. Numquid obliuisci potest mu-
lier infantem suum. ut non misereatur filio uteri sui. Et
si illa oblita fuerit. ego tamen non obliuiscar tui. dicitur

dominus omnipotens. *Gr.* *Ti* bi domine derelictus est

pauper per pupilum tuum et ris ad iudicium.

*U*o quomodo domine recessisti lon-

ge despicias in oportunitatibus in tribulatione ne ne dum super-

bit impius incenditur pauper. *per. Johem.*

*U*o illi tempore. Dicebat ihesus turbis. Ego sum lux mundi.

Qui sequitur me non ambulat in tenebris. sed habebit lumen

uite. Dixerunt ergo ei pharisei. Tu de te ipso testimonium

prohibes. testimonium tuum non est uerum. Respondit ihesus. et

dixit eis. Et si ego testimonium prohibeo de me ipso. uerum

est testimonium meum quia scio unde uenio. et quo uado.

Vos secundum carnem iudicatis. ego non iudico quemquam. Et si ego

iudico. iudicium meum uerum est. quia solus non sum. sed ego.

et qui misit me pater. Et in lege uestra scriptum est. quia duorum

hominum testimonium uerum est. Ego sum qui testimonium

prohibeo de me ipso. et testimonium prohibet de me qui misit

me pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus. Respondit

ihesus. Neque me scitis. neque patrem meum. Si me sciretis. for-

sitan et patrem meum sciretis. Hec uerba locutus est ihesus in

gazzophilatio. docens in templo. Et nemo apprehendit

eum. quia nondum uenerat hora eius. *of. fac* *his est*